



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De effectibus & absolute suspensionis c. 45. & 46.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

Materialis remota est persona Ecclesiastica: proxima verò peccatū & frequētius mortale. Forma certa non habetur, sufficiet tamen si dicatur, suspendo te ab officio, vel beneficio. Finis est Clericorum correctio, & animarum salus.

*De effectibus, & absolute suspensionis. Cap. 45. & 46.*

**P**lures sunt suspensionis effectus. \* Primò nāque transgressores præcepti suspensionis ut plurimum mortiferè delinquit. \* Secundò fiunt irregulares, quādo non verentur ea, quæ sunt ordinis suspensi exētere. Secus vero si tantum recipiant. \* Tertio priuantur communionē eorum in quo suspenduntur ita ut peccent communicando cum aliis in eo actu & vice versa cæteri cum illis, ut qui recipit sacramenta à suspensio à collatione sacramentorum. \* Quarto.

Ab officio suspensus non potest eligere, nec eligi ad beneficiũ, nec excommunicare nec conferre beneficium, potest tamen qui suspensus est à beneficio, sed non potest recipere fructus beneficii nisi ad modicam sustentationẽ, si sit pauper & sit suspensus ob delictum nam ob contumaciam, etiam modica illa priuatur. Iam vero si suspensio sit tantum ad certum tempus, tollitur etiam sine absolutione, tempore illo expleto: Sin minus si sit iuris, tollitur à Papa, si sit illi reseruata, alias enim potest ab Episcopo tolli, sicuti potest etiam eam tollere quæ ab eo profecta est, nisi lata sit ob tale delictum super quod non possit ipse Episcopus dispensare. Absolutio ab illa, non habet formæ determinata verba, sed communiter sic datur. Absoluo te à suspensione, quam incurristi, & restituo te pristinæ executioni ordinis, vel be-

neficii, in nomine patris, & filii, & Spir. San. Amē. Differt ab excōmunicacione, quia excōmunicatio nō tollitur nisi per abtolutionē: suspēfio, aliquādo sine abtolutione. Excōmunicatio tantū propter cōtumaciā fertur suspensio quādoque in pœnā delicti sine contumacia. Excōmunicatio quælibet maior, prohibet sacramētorū susceptionē & ministracionē, hoc verò prohibet tantū illa suspensio quæ est ab administracione Sacrament, vel collatione seu officio ac ordine. Illam contrahunt etiam Episcopi, hanc non incurrunt, nisi de ipsiſ specialis mentio fiat.

*De Suspensione Concubinariſ notorii, & aliis suspensionibus, quæ magis sunt in usu.*

Cap. 47. & 48.

**P**Rima sit hæc, Omnis clericus siue Sacerdos, siue Diaconus, vel Subdiaconus concubi-

narius